

P. II. Cap. V.
de Versione
Vulgata La-
tina.

juxta Hieronymum sit nomen proprium, in *Ham*: Exod. X, 13. Vulg. & Dominus induxit ventum urentem, at Orientalem dicere debebat, sive Eurum, quem רווח קרום notat: Exod. XXVI, 1. Hebr. habet: כרובים מעשה חשב תעשה אתם *Cherubim opus artificis facies ea*, sed Vulg. *variatis opere plumario facies*: Eadem c. XXVIII, 30. vertit, *pones autem in rationali judicii doctrinam & veritatem*, pro: *dabis autem super pectorale judicii Urim & Thummim*, sed secutus est hic Latinus interpretes Græcos, qui ad hunc modum transtulerunt: καὶ ἐπιθήσεις ἐπὶ τὸ λογεῖον τῆς κροσεως τῆς δὴλωσιν καὶ τῆν ἀληθειαν. Num XXXIV, 7. pro: *designabitis vobis ad montem Hor*, הרהר לתאן לכם הר הרהר Vulgata ponit: *pervenientes usque ad montem altissimum*: Deut. XXVIII, 22. Vulgata רלקת frigus reddit, cum potius juxta Kimchium, febrim ardentem, juxta Pagninum, ardorem, juxta Ariam Montanum, inflammationem designet. Jos. XXI, 36. urbes Meraritis datas, *Rezer & suburbana ejus, & Jabza & suburbana ejus*, ita auget Vulgata: *de tribu Ruben ultra Jordanem, contra Jericho, civitates refugii, Bosor in solitudine, Misor & Jaser*: 1. Chron. IV, 22. quod juxta fontes est: & Jokim, & viri Coseba, & Joas, & Samph, qui, domini fuerunt in Moab, & habitatores Lachem, Vulgata ita vertit: & qui stare fecit solem, virique mendacii, & securus, & incendens, qui principes fuerunt in Moab, & qui reversi sunt in Labem. Habes denique, ut multa paucis complectamur, 8) μιλὰ varii generis errata, quæ in singulas redigere classes longum foret, qualia sunt v. g. Genes. III, 17. בעבורך propter te, quod Vulg. reddit in opere suo: Gen. VIII, 17. ושרצו בארץ et diffundant se super terra, Vulgata, ingredimini: c. XIX, 16. ויתמהמה et tardavit, Vulg. dissimulante illo: c. XXI, 9. מצחק Vulg. ludentem cum Isaac filio suo, ubi non modo posteriora illa: cum Isaac &c. præter fidem fontium adduntur, verum etiam verbum צחק in sequiorem accipere debuisset partem, quod viderit eum derisorem, vel hostiliter illudentem filio suo, ut Paulus Gal. IV, 29. exponit, ἰδιώκῃς τὸν κατὰ πνεῦμα. c. XXV, 34. ויבז עשו את הבכרה vilipendit primogenituram suam, quod exacte servavit Paulus Hebr. XII, 16. ἀπέδοτο τὰ πρωτότοκα αὐτῶν, Vulgata autem vertit, parvi pendens, quod primogenita vendidisset, sensu prorsus alio: c. XXVI, 11.

ובאשהו